Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



fere

vobis et erits mihi in populum et ego erit vobis in deum ut suscipiam tu
multitudinem quod unum pribus vris dabitur me eis terram fluentem
lacte et melle sicut est dies hic et respondi et dixi Amen dne
et dixit dns ad me Vaticinare ad ueritatem hec in Ciuitatibus Juda et
foris Jerusalem dicens audite uerba pacti huius et fiatis ea qui
conuertimini conuertamini si pres vrs in die qua edixi eos de terra
egipti usque in diem hanc de mane consurgens contestans sum et dixi
audite vocem meam et non audierunt nec inclinauerunt aurem suam sed
abierunt vnusquisque in pertinacia cordis sui mali et induxi super eos
omnia uerba pacti huius quod precepi ut facerent et non fecerunt Et dixit
dns ad me Inuenta est conuiratio in viris Juda et in habitatoribus
Jerusalem reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores qui
noluerunt audire uerba mea et hii ergo abierunt post deos alienos
ut seruirent eis Irritum fecerunt domus israhel et domus
Juda pactum meum quod pepigi cum pribus eorum Quia hec dicit dns
dns Ecce ego inducam super eos mala de quibus exire non poterunt
et clamabunt ad me et non exaudiam eos et ibunt Ciuitates Juda
et habitatores Jerusalem et clamabunt ad deos quibus libamen-
et non saluabunt eos in tpe afflictionis eorum Secundum numerum enim
Ciuitatum tuarum erunt dii tui Juda et secundum numerum viarum Jerusalem
posuisti aras confusionis aras ad libandum baalim Tu ergo
noli orare pro pplo hoc et ne assumas pro eis laudem et oratione
quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me in tpe afflictionis
eorum Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa
Numquid carnes sancte auferent a te malicias tuas in quibus gloriata es
Oliuam vberem pulcram fructiferam speciosam vocauit dns nomen tuum
Ad vocem loquele grandis exarsit ignis in ea et combusta sunt
frutecta eius Et dns exercituum qui plantauit te loquutus est super te
malum pro malis domus israhel et domus Juda quas fecerunt sibi
ad irritandum me et libantes baalim Tuauit dne demonstrasti
michi et cognoui tu ostendisti mihi studia eorum et ego quasi agnus
mansuetus qui portatur ad victimam et non cognouerunt quod super me cogi
tauerunt consilia dicentes Venite mittamus lignum in panem eius
et eradamus eum de terra viuentium et nomen eius non memoretur